

III.

NEOVIDENSIS

Nro. 21. (Neovidensis 1808. Nro. 20.)

Politica mortuorum Colloquia.

Elysium Meum. - Die Veneris. 28. Mart. 1808 (Neov. 8. Mart. 1808.)

Beatus ille homo
Qui vivit sua domo
Et vivit sine medico
Et contentatur modico.

Colloquentes Umbrae.

Hermannus Boerhave, Joannes Kunkel.

Boerhave. Recte te convenire parabam, te exquirere volebam, salve amice!

Kunkel. Quid igitur rursus desideras?

Boerhave. O ter amate Amice! quod ingenio non assequi possum; Anglus quidam ex sale educit aurum!

Kunkel. Sed non tamen monetam auream.

Boerhave. Ideo quidem ignoro, ut metallum ejus nominetur; id vero liquet, virum hunc plurium eruditorum Collegiorum, seu stilo nostro loquendo: complurium Facultatum medicarum membrum sociumque esse.

Kunkel. Multa in Chemia nova detecta sunt; equidem ipse non contemnenda praestando fuissem, at at: Ars longa, vita brevis, prout tibi dicendi mos quondam fuit.

Boerhave. Dicitum habeo; profecto ita se res habet: Ars longa, brevis vero, quam agimus, vita — nos brevem hanc vitam arti medicæ immolavimus; schola mea nobilis fuerat!

Kuuckel. Profecto celebrata, a finibus Batavis ad terminos usque Sinarum; cum voluptate reminiscor illarum litterarum, quas quidam Mandarinus Pekingio tibi miserat, quibus adscriptum legebatur: Boerhavio Medico Europæ! majorem postea Cel. van Swieten nomini tuo claritatem in operibus suis conciliavit.

Boerhave. Mea ætate patientiore animo tractabantur scientiæ. Censebam Auditores qui 12, 15, usque 20 annos meis sub auspiciis Aesculapio vacaverunt; tam pertinax in artem saluberrimam nostram amor, hodie nequidquam invenitur, tres, ad summum 4 anni Universitati impenduntur, quibus expletis, jam Medicus perfectus habetur — jam manus chartæ admota scribit: Recipe &c.

Kuuckel. Quemadmodum ex adventantibus ad has oras medicis intelligo: Systema Brownianum a multis desertum est. Legebantur ex eo granula aurea, reliqua vero, quæ in sthenicis & asthenicis exaggerata erant, abjiciebantur. — Stolliani rursus caput tollunt, & Browniani occulti vociferantur: segnare, purgare, Clysterium dare, & sane, ut fatear quod sentio, modicis his Mollieri verbis complexus & summa omnis artis nostræ ferme continetur.

Boerhave. Alia tempora & alia vivendi ratio, aliique ex ea promanantes morbi; consequenter & alia pharmaca. Ita humanum genus comparatum est, ut in bono juxta & malo progressus faciat — at vero cardinales morbi, qui destruibilitati machinæ corporeæ adhærent, permanent, iidemque Casus, eadem peristases advertuntur, quas Proto pater Hypocrates adnotaverat, & descripserat. Oeconomica Chæmia, quæ Culina audit, perinde fortassis plures exitiabiles progressus fecit, quam scientifica nostra Chæmia, quo factum est: ut plures novi morbi prognati, partim notorum jam natura mutata sit.

Kunckel. Id ipsum est, quod animo expendendum est — in quo intenso studio opus est. Chæmiam pari semper cum Culina progressu ferri oportet, hostium instar sibi opponi debent, quod hæc destruit, illa reparat est necesse. Dilecte animo Collega! notum est erudito orbi, quantum remedia mea Antimonialia effectum patrarint, & acutum procurent.

Boerhave. Sit laus & honor arti Machaoniæ! pace reliquarum utilissimarum disciplinarum dictum esto! quæ omnes violentiæ subsunt, at vero nostra principia nulli arbitrio obsequuntur. Despota & ruinator fortissimus lubens promptusque e manu medici pharmacum propinatum ab eo percipit, medicus solus est, qui ejus ferociam cohibendi potis est, huic uni parendum, obsequendum habet.

Kunckel. Sit honor & prærogativa iterum iterumque saluberrimæ arti! sed quid audio,

manes Mercurio obviam procedunt rem ultra modum momentosam Caduceo alligatam habere oportet, veni, sis, crura explicemus. (Mercurius legit).

Ex Austria die 21. Febr. Ex parte aulæ Vindobonensis sequens Edictum emanavit.

„Durante bello, quod Tractatu Tilsitenti terminatum est, Sua Cæsareo Regia Apostolica Majestas omnem adhibuit operam, apud belligerantes Status gravia argumenta pro salute Europæ efficacia reddendi, quæ permoveri debuere ad universalis pacis tractationi assentiendum. Aula Vindobonensis jam ex eo tempore declarationem Conclavi secreto Londinensi edidit, Cæsareusque legatus Princeps a Stahrenberg Londini residens eum in finem Mense Aprili 1807 non moventes minus quam urgentes instructiones percepit. Cum autem Britannicum ministerium in vicem responsi ad hanc scripto factam communicationem, consilium suum declararet: decreta sua solum, & unico a foederatis Angliæ dependere, salutes Austriæ intentiones, & propositiones pro penitus remotis haberi censerique debuere; paullopost sequebatur Tractatus Tilsitensis, quo Continentis, quod interest, definitum, quin Magna Britannia in eo partem haberet.

Sua Cæsareo Regia Majestas nihilominus de utilitate & ipsa universalis pacificationis necessitate convicta, qua sola Europæ tranquillitas firmari stabiliri que potest, & in hac convictione nova reperit argumenta, urgentes suas rationes ad aulam Londinensem repetendi, Men-

se Julio, paullo post subscriptum Tractatum Tilsitensem idem Princeps a Stahrenberg iteratum Mandatum obtinuerat: Britannicum Ministerium oermovendi ad consilia declaranda sua cum Gallia in principiis, tractationes ordiendi, quæ maritimam pacem cum Continentali pace conjungere possent, at hæ propositiones non meliore, quam priores, ratione exceptæ, responsum ex parte Angliæ rursum declinatorium fuit.

Interea Sua Maj. nulli peperit operæ ad objectum revertendi, quod tam in communia adjuncta, quam speciatim in salutem ditionum Austriacarum adeo immediatum influxum habet. Principi a Stahrenberg idcirco tertium in Sept. 1807. in argumento factorum per aulam Viennensem progressuum insinuandorum mandatum expeditum est."

Verum ante jam aula Londinensis in argumentis pacis maritimæ nimium quantum se declarabat, cum eodem tempore intermediationem Russiæ declinaret, atque ad suas parum tranquillantes declarationes adgressionem Hafniæ & adprehensionem Danicæ Classis susciperet, quam adhuc legatus Suxæ Maj. super Consectario hujus Communicationis referret; dum porro hanc agendi rationem, hæc violationem Jurium neutralium Statuum officiosis declarationibus prosequeretur, quæ principiis ab aliis majoribus Statibus receptis adversantur; e quibus in agendi ratione Britannici Ministerii consilium elucebat: omnem possibilitatem removendi, & cuivis, quod restituendam Euroropæ tranquillitatem procuraret, aures obturandi.

manes Mercurio obviam procedunt rem ultra modum momentosam Caduceo alligatam habere oportet, veni, sis, crura explicemus. (Mercurius legit).

Ex Austria die 21. Febr. Ex parte aulæ Vindobonensis sequens Edictum emanavit.

„Durante bello, quod Tractatu Tilsitenti terminatum est, Sua Cæsareo Regia Apostolica Majestas omnem adhibuit operam, apud belligerantes Status gravia argumenta pro salute Europæ efficacia reddendi, quæ permoveri debuere ad universalis pacis tractationi assentiendum. Aula Vindobonensis jam ex eo tempore declarationem Conclavi secreto Londinensi edidit, Cæsareusque legatus Princeps a Stahrenberg Londini residens eum in finem Mense Aprili 1807 non moventes minus quam urgentes instructiones percepit. Cum autem Britannicum ministerium in vicem responsi ad hanc scripto factam communicationem, consilium suum declararet: decreta sua solum, & unico a foederatis Angliæ dependere, salutare Austriæ intentiones, & propositiones pro penitus remotis haberi censerique debuere; paullo post sequebatur Tractatus Tilsitensis, quo Continentis, quod interest, definitum, quin Magna Britannia in eo partem haberet.

Sua Cæsareo Regia Majestas nihilominus de utilitate & ipsa universalis pacificationis necessitate convicta, qua sola Europæ tranquillitas firmari stabilisque potest, & in hac convictione nova reperit argumenta, urgentes suas rationes ad aulam Londinensem repetendi. Men-

se Julio, paullo post subscriptum Tractatum Tilsitensem idem Princeps a Stahrenberg iteratum Mandatum obtinuerat: Britannicum Ministerium removendi ad consilia declaranda sua cum Gallia in principiis, tractationes ordiendi, quæ maritimam pacem cum Continentali pace conjungere possent, at hæ propositiones non meliore, quam priores, ratione exceptæ, responsum ex parte Angliæ rursum declinatorium fuit.

Interea Sua Maj. nulli peperit operæ ad objectum revertendi, quod tam in communia adjuncta, quam speciatim in salutem ditionum Austriacarum adeo immediatum influxum habet. Principi a Stahrenberg idcirco tertium in Sept. 1807. in argumento factorum per aulam Viennensem progressuum insinuatorum mandatum expeditum est."

Verum ante jam aula Londinensis in argumentis pacis maritimæ nimium quantum se declarabat, cum eodem tempore intermediationem Russiæ declinaret, atque ad suas parum tranquillantes declarationes adgressionem Hæniæ & adprehensionem Danicæ Classis susciperet, quam adhuc legatus Suxæ Maj. super Consectario hujus Communicationis referret; dum porro hanc agendi rationem, hanc violationem Jurium neutralium Statuum officiosis declarationibus prosequeretur, quæ principiis ab aliis majoribus Statibus receptis adversantur; e quibus in agendi ratione Britannici Ministerii consilium elucebat: omnem possibilitatem removendi, & cuivis, quod restituendam Europæ tranquillitatem procuraret, aures obturandi,

Impressio, quam hæc agendi ratio, cujus consecraria quodammodo omnes spes succiderat, quas Majestas Sua hæctenus adeo lubenti animo jecerat, in Maj. Suam facere debuerat, tam profunda, quam dolorosa fuit -- atque quin ultro relationes Principis a Stabrenberg expectarentur, nova Eidem adhuc urgentiora atque definitiora mandata, ac ea, quibus adusque instructus erat, missa sunt. Instructiones hæ, de dato 30 Octobris, continebant primum repetitionem priorum actorum, eique præcipiebant: Secreto Conclavi Londinensi argumentis luce meridiana clarioribus inevitabilia suæ agendi rationis consecraria ob oculos ponere, & magis ac unquam in eo perseverare: ut clare intuitu pacis consiliorum mentem suam declararet, utque is omnia eloquentiæ media adhibeat, ad permovendum ad moderationis sensa, adjunctis & votis Europæ conformia —

„Eadem hæc mandati litteræ hanc habebant Clausulam“ se in hoc argumento postremum officiose Conclave secretum Suæ Britannicæ Majestatis interpellare, eidemque solennem propositionem facere: ut aula Londinensis mentem suam candide aperiat, se tractationibus intuitu pacis maritimæ secundum principia immittendi, quæ emolumento participantium Statuum accommodata essent, quodque in prævium argumentum consiliorum suorum non eundetur, hostiles adversus Daniam susceptas agendi rationes æque ac Declarationes, quibus hæc nuntiæ erant, revocare. In Casum, quo Londinensis aula has propositiones surdis auri-

bus exciperet, aut ultro responsum differret, pro eo casu æque definita inviatio adnexa fuit, ut Princeps Stahrenberg liberi comiteatus literas petat, atque cum tota legatione & comitatu Londino excedat.“

Imperatoris voluntas erat: ut memoratæ Instructiones ad ea argumenta restringantur universalis emolumenti, quæ secretum Conclave Britannicum facillima ratione permovere possent, propositiones ejus attente & benevole excipiendas; — quod si Cæsarea Maj. justas querimonias intuitu tam multiplicium violationem suorum Jurium, qua neutralis Status, ultra in medium attulit violationes intuitu quarum infata Maj., nihil opitulante serie interrupta reclamatum nunquam aut medelam aut satisfactionem obtinuerat, — tum procul dubio rationes non obscuræ videbuntur, quæ in adeo gravi argumento Suam Majestatem permoverunt, ad omnem relationem silentio præter eundam, quæ ipsam concernebat.“

Legatus Imperatoris Londini definita Vienna sibi transmissa Mandata solum in toto suo complexu adhuc exequi potuit; cum interim existimaret: nondum spem omnem deponendum esse, Anglicanum Ministerium ad pacificam in Galliam demonstrationem permovendam, ideoque decreverat: principio partem solum mandatorum in formam Adnotationis ministerialis redigere, quam die 20. Nov. D. Canning transmisit. Secretarius status respondit ad eam solum se ad repetitionem earum declarationum restringendõ, quas Anglia inde a mense Aprilis 1807, Austriæ fecerat.“

Cum jam quævis ulterior propositio infructuosa evaderet, die 22. Dec. postrema Inviatio Principi expedita est, quæ mandata de 30. Octobris repetebat, & præterea ei præcipiebat: ante discessum Adnotationem porrigeret; quæ cum adjunctis aulæ Vindobonensis agendi rationem adversus aulam Londinensem explicaret.“

„At hæ litteræ ad destinatum locum primum pertigere, cum jam Princeps a Stahrenberg commeatus litteras petiisset, & impetrasset, nec fieri amplius posse censebat, eas cum Secretario Status communicare, neque adnotationem, prout jussus erat, porrigere.“

„Hæc adumbratio, qua conatus continebatur, consecrarium officiosarum Communicationum utriusque regiminis adducendi ex M. Aprili 1807. locum habentium, interim sufficiens est, argumentum præbendi occasio: Conclave Londinen. neque rationes, quibus Sua Apost. Maj. ducebatur, neque argumenta latere posset, quæ demum relations abrumpere, quæ ad usque Austriam & M. Britanniam intercesserunt.“

„Imperator nihilominus optat eum temporis articulum, quo Londin. aula, quod sua vere interest, fuerit debita ratione dignata, & quieto æquoque animo politica Anglia relate ad reliquos status adjuncta expenderit, & hoc pacto Suam Maj. ad statum collocarit, veteres amicabile relationes cum ea prosequendi. Viennæ die 18. Febr. 1808.“